

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CXXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

CXXIX.


RUDOLPHUS MARCHIO BADENSIS STEINHEI-
MENSI MONASTERIO CURIAM SUAM IBIDEM
SITAM VENDIT.

A N N O M C C L V.

*Ex Befoldi docum. rediviv. monaster. Wurttemberg. P. II. in monast. Steinheim docum.
n. III. pag. 34.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi ; Amen. Ea. que geruntur
in tempore. Simul cum tempore in oblivionis precipitium dedu-
cuntur. nisi redivivo literarum testimonio perpetuum capiant monumen-
tum. Noscat igitur presens etas discreta & futura posteritas. quod ego.
RUDOLFUS Dei gratia *Marchio de Baden.* vendidi & tradidi curiam
meam in Steinheim libere. cum omnibus suis appendiciis. videlicet
agris. pratis. silvis. & censibus. prout libere possidebam - - - prio-
rifice in *Steinheim* & monialibus ibidem. pro centum libris Hallensium. &
quadraginta marcis Argenti. marcham solvendo pro tribus libris. minus
V. solidis. tali lege conditionis apposita. vt si dicta venditio prefato
Marchioni. vel suis heredibus displicuerit. per se. vel per Rodarium
militem refarciat perceptam a dictis monialibus pecuniam. ratione dicte
venditionis. a festo Michaelis infra decennium. & prememorata curia
a dicto nobili marchione vendita. libere ad ipsius Dominium. vt antea
fuerat. cum vniversis pertinentiis suis revertatur. Alioquin prenomi-
nata curia pure sit vendita. ut de ea disponant tamquam de vero & li-
bero predio. prout suis cummodis & vtilitatibus melius. & salubrius
dicte moniales viderint expedire.

Acta sunt hec anno Domi M. CC. LV. 11j. Nonas Octobris. & ne periculum fidei formidetur. vel alicuius calumpnia post successionem temporis predicta valeant infirmari, & sigilli mei munimine & Prepositi in Bacgenanc perpetuum & validum capiant munimentum. & robur valide firmitatis.



CXXX.

CONCAMBIUM BONORUM INTER ABBATIAM ALBÆ
DOMINORUM ET SCULTETUM VILLÆ
MALSCH.

A N N O M C C L V I.

Ex autographo tabularii Bada-Durlacensis.

Frater W. dictus Abbas & conuentus in Alba Monasterio Cysterficiensis ordinis. Patere uolumus tam posteris quam presentibus, quod commutauimus agrum factum ex vinea in villa *Malsch* situm in uia que ducit ad puteum, quem omni libertate possedimus Steimaro ejusdem uille tunc Sculteto, pro tribus iugeribus agrorum & dimidio, quorum unum est inter grangiam nostram & proximam ripam, unum adiacet quatuor nostris iugeribus ultra proximam ripam, unum uero & dimidium jacet apud arborem Azzelonis. Et hoc consentientibus Godefride dicto Simelar, tunc aduocato illustris domini *R. marchionis de Baden* & eiusdem uniuersitate, ita uidelicet quod prefatus Steimarus & post ipsum sui heredes inpendant domino Marchioni vel cuicumque domino